8896 Stazzonae in Valtellina (4 chil. sub Tirano ad sinistram ripam Addae), per quem vicum ex valle Tellina itur in Camonicam, rep. a. 1872 dum via reficitur; hodie ibi apud parochum.

PONTICO
GERMANI·F
ET·CVSSAE
GRAECI · F
CAMVNNIS
MEDVSSAE
GRAECI · F
SORORI
HIC·SITI·SVNT

Ex ephem. *Lo Stelvio* 14 Ian. 1873 excerpsit P. da Ponte; Caimius descripsit, quod exemplum Biondellius misit editumque est *Archivio storico lombardo* 2 (1875) *Bollett.* p. 107.
3 PECVSSAE, 4. 7 GRAICI eph.

LIX. AD LACVM LARIVM (p. 558).

ad n. 5229. Odericianum exemplum ex schedis eius editum est *Giornale Ligustico* 1828 p. 161.

ad n. 5242. Non Sorici extat, sed in pago vicino Gera in ecclesia parochiali S. Vincentii, ubi repperit Barellius *Rivista arch. Com.* 5 (1874) p. 12, legens 1 DVNILI pro DVNII.

8897 (ins. post n. 5210) arca parva in vico Ello in Brianza.

D M
L VIBI
MATER
NI .

Car. Annoni *Archivio storico lombardo* vol. 2 (1875) p. 110.

8898 (ins. post n. 5226) *Isola Comacina* in atrio ecclesiae S. Iohannis.

D M
CASTAES
OPTATAES
CHARITO
CONIVGI
CARISSIMAE

Barelli *Corriere del Lario* a. 1869 q. n. v., *Rivista arch. Com.* 1/2 (1872) p. 24.
Casta Charitonis coniux serva fuit Optatae.

8899 (ins. post n. 5239) Rezzonici rep. prope rudera Romanae aetatis *nel muro di cinto dell' orto della prebenda parrocchiale.* Hodie Loveni prope Menaggium in museo Alfonsi Garovaglio.

· MARITVS
/Z·IVLII B

Henricus Molteni dedit Henzeno.

LX. COMVM (p. 563).

ad p. 563 c. II. Iovianae syllogae exemplum aliud vidi Mediolani in bibliotheca Belgiojosana hodie adiuncta Trivultianae n. 265. Habet additamenta et auctoris et Laudensia quattuor n. 6372. 6371. 6363. 6358 neque ullo nomine utile visum est. Alterum bibliothecae Bodleianae X. 2 inf. 2. 37 inspexit Huebnerus; adhaerent item Laudensia.

ad p. 564 c. IX. Franciscus Giovio, qui obiit 22 Iun. a. 1873, museum patriae urbi legavit.

ad n. 5267. Adde Lazium p. 154, qui collocat Romae in aede S. Chrysogoni iuxta campanile.

ad n. 5270. Guichenonius *hist. de Savoye* (1660) 1, 58 titulum ex Grutero describens nescio quo errore collocat Taurinis in ecclesia S. Fidelis. Eundem proponit Mur. 45, 2 ex schedis suis collocatum Romae et pessime interpolatum sic: V·F· | C·VALERIVS·SABINVS | VETERANVS | ARMOR·CVSTOS·LEG·XIIII·GEM | MARTI·VICTORI | D·M.

ad n. 5276. Adnotandum fuit sic exhiberi in codice Brixiano: MEMORIAE | L ALFI SEVERIANI | QVI MATRON | ARAM D SIR | ALFIVS HILARIVS | .... I ... | ..... V. 3 accessit fraude.

ad n. 5386. Balestra (*Rivista arch. Com.* 4 p. 14) titulum (in cuius altera parte legitur n. 8911) plenius legit sic:

FLAM
VALERI·BARBARI

additque a. 1864 tria frustula eiusdem tituli prodiisse haec:

'LD | RO | REI

ad n. 5414. Balestra *Rivista arch. Com.* 4 p. 21 addit v. 1 ad reliquias litterarum ita suppletum: HIC REQVIESCIT IN PACE C PI (*sic*). — 3 D·I om. — 4 PRID.

8900 Comi in S. Carpophori, *serve di architrave alla porticina, la quale mette in comunicazione la minor capella a settentrione colla scala a chiocciola che conduce nella cripta.*

SILVANO
V·S·L·M
GERMANVS
CASSIA
NORVM

Seraphinus Balestra *Rivista arch. Com.* 4 (1873) p. 6.
1. 2 rasi sunt.

8901 Comi in villa Castellini.

////NO
////S
/ NDINI
V·S·L·M

Balestra *Rivista arch. Com.* 4 (1873) p. 7.

8902 Comi in S. Carpophori, *estratta non è guari dalla parete del presbitero sopra la volta dell' ala sinistra.* Anaglypha quae cernuntur in lateribus (*Rivista* l. c. tab. 4 n. 2. 3) medii aevi sunt.

V · F
L · SENTIVS
SEPTEMBER · VI · VR
SIBI · ET · SENTIAE · RVFINAE · LIBERT
ET · CONIVGI · OPTIMAE · ET · PIISSIMAE
ET · SENTIO · PROBO · FRATRI · SVO
ET·L·SENTIO·PROBO·LIBE·ET·PROPINQVO
ET · M · CELERIENO · MERCATORI
SORORIO·SVO·ET·VERE·VERENTISSIM
ET·ATILIAE·SATVRNINAE·SORORI·SVAE
ET·BARBARAE·NVTRICVLAE·SENECTVTIS·SVAE
ET · L · SENTIO · ONESIMO · LIBERTO
ET · SERVANDAE

Barelli *Rivista arch. Com.* 1/2 (1872) p. 61; Balestra ibid. 4 (1873) p. 8.
7 L· om. Bar. — fortasse *lib(erto) e(ius) et* vel *lib(erto) f(ratris) et.* — 9 VERENTISSM traditur; malim MERENTISSM.